



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. IX. An, & quo jute dissolvatur matrimonium ratum per professionem?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. VIII.

An propter adulterium spirituale, videlicet Apostasiam à fide, vel hæresin, in quam unus coniugum lapsus est, possit alter eo invito religionem ingredi, vel in ea profiteri?

Si per sententiam legitimam iudicis Ecclesiastici, talis in infidelitatem, aut hæresin lapsus, tamquam hæreticus seu infidelis declaratus sit, & ab eo conjux innocens separatus sit, potest hic etiam invito illo, quamvis ad veram fidem redierit, religionem ingredi, & in ea profiteri, *c. mulier 21. h. s.* quamvis enim si propria auctoritate, & sine iudicio Ecclesiæ à conjuge in hæresin, aut infidelitatem lapsus decesserit fidelis, cum ad fidem iterum revertentem recipere teneatur conjux, qui in fide permanfit, ad multas fraudes cavendas, nec possit sine talis licentia ad religionem transire, si per auctoritatem Ecclesiasticam legitime ab eo separatus sit, cum possit perpetuo ab eo separatus manere, potest etiam sine alia licentia religionem ingredi, ac in ea profiteri *c. de illa 6. de divorciis*. Ecclesiâ scilicet privante per sententiam, omni jure matrimoniali, talem infidelem, aut hæreticum, in penam desertæ fidei.

§. IX.

An, & quo jure dissolvatur matrimonium ratum per professionem?

Dissolvi etiam quoad vinculum ratum matrimonium, si nondum consummatum sit per professionem religiosam, invito etiam altero conjuge factam,

constat ex *c. Verum 2. e. ex publico 7. c. ex parte, 14. & pluribus etiam h. s. capitulis, & ex Tridentino sess. 24. de matrim. can. 6.* (ita ut manens in iure ad alia vota, sive secundas nuptias transire possit.) non quidem ex natura, cum matrimonium sit ex natura sua indissolubile, sed ex jure Ecclesiastico antiquissimo tamen, ab Apostolicis temporibus introducto, in favorem licet majoris perfectionis, & ad Spiritus Sancti vocationem ad religionem promovendam, hunc transitum nihil prejudicantem concedente Ecclesiâ.

§. X.

Intra quod tempus licitum proficere de presenti, ante matrimonium consummatum, ingredi religionem?

Potest quidem quocumque tempore post matrimonium contractum, si nondum copulâ carnali consummatum illud fuerit, pars quælibet religionem intrare, & in ea profiteri, *ex c. tamen publico 7. h. s.* patet, quod si sponsa vel sponsus de presenti consummatum non velit matrimonium, sub prætextu quod velit ingredi religionem, casu ab eo præstetur, quod intra duos menses, vel intra tempus à iudice Ecclesiastico prescribendum, juxta varias circumstantias aut religionem ingredi, vel ad conjugem redire velit, ac matrimonialiter eadem cohabitare, ad quam cohabitationem etiam per censuram, post bitumtum cogi poterit, ita favori perfectionis consulente Ecclesiâ, ut transit per inutilem longiorem moram generari